MTh 224.30

EPITAPHIA
et inſcriptiones
LVGVBRES.

A Gulielmo Berchero, cum in Italia, animi cauſa, peregrinaretur, collecta.

Excuſum Londini in ædibus Iohannis Cavvodi Regiæ Maieſtatis Tipographi.

Anno Domini. M.D.LX.VI.

Cum priuilegio ad imprimendum ſolum.

A-p. 285.

ML b 224.30*

LEPIDAPHIA

Harvard College Library
Nash Fund
March 29 1939

Epitaphia Romæ
ANTIQVÆ

D. M.

L. Scon.F.Dulas. Qui .V.A.xij.M.viii.D.x.Parentes infeliciſs.amiſſione eius perpetuis tenebris et quotidiana miſerabili vlulatione.Nulli præcluſa eſt virtus;omnibus patet,nõ quærit donum,non†enſũ,ſed nudo homine contenta eſt.

† non censum.

D. M.

Virginis filiæ meæ chariſſimæ virginiæ nimiam ob pietatẽ,proprijs meis manibus interemptæ. Proh dolor quantũ fuit chariſſima,in anno. xvi. Iuuentutis eius, Mens.V.D.III.

Atimetus pamphilites Cæſa.Aug.L.Anterotianus,ſibi & Claudiæ Homanætæ, conlibertæ et contubernali.

TV qui ſecura procedis mente, parumper
Siſte quæſo gradum, verbaque pauca lege.
Illa ego quæ claris fueram prælata puellis.
Hoc Homonæta breui condita ſum tumulo.

Quæso, Siste gradum.

Cui formam Paphiæ, charites trubuere decorē
Quam pallas cunctis artibus erudijt
Non dum bis denos, Ætas mea viderat annos,
Iniecere manus, cùm inuida fata mihi
Nec pro me quæror hoc, morte est mihi tristior
Mæror Atimeti coniugis ille mei. (ipsa

Sic tibi Terra leuis Mulier dignissima vitæ!
Queq; tuis olim perfruere bonis.

Si pensare Animas sinerent crudelia fata
Et possent redimi morte aliena salus
Quantulacumq; meæ debeantur tempora vitæ
Pensassem pro te, cara Homoneta libens
At nuuc (quod possum) fugiam, lucemq; deosq;
Vt te matura per Stiga morte sequar.

Parce tuam Conuinx, fletu quassare inuentam
Fataque mærendo, Solicitare meā;
Nil possunt lachrimæ, nec possunt fata moueri:
Viximus: Hi: omnis exitus vnus habet
Parce ita non vnquā Similem experiare dolorē!
Et faueant votis, numina cuncta tuis!
Quodq; mihi eripuit mors immatura iuuentæ
Id tibi victuro, proroget vlterius.

Mlb 224 30

Qui colitis Cibelé, et qui Phryga plangitis attim!
Dum vacat, et tacita Dindyma nocte silet;
Flete meos cineres; non est alienus in illis
Hector, et hoc tumulo Migdonis vmbra tego:
Ille ego, qui magni paruus cognominis heres,
Corpore in exiguo, res numerosa fui;
Flectere doctus equos; nitida certare palestra;
Ferre iocos astu, fallere nosce fidem. nosse
At tibi dent superi, quantū Domitilla mereris
Quæ facis; exiguo, ne iaceamus humo.

D. M.

C. Vergilius Mortanus Colonus Agri.
C. Æli Ænei coniugi.

Coniugi castæ, Caræ, Bonæ, Piæ, fideli, dulci,
Amantissimæ, desideratissimæ, Sodaliciariæ.
consilij boni.

Eucharis, liciniæ L.

Docta. Erodita, omnes artes virgo. vix. An. xiiij. sequentia non intelligo. A. Dorset.

HEus ocule errante, quei aspicis læti Domus
Morare gressum, & titulum nostrū perlege
Amor Parentis, quem dedit natæ suæ
Vbei se reliquiæ, colocarent corporis

Heic

Heic viridis Ætas cum floreret Artibus.
Creſcente & Æuo, ciloriam conſcenderet
Properauit hora triſtis fatalis mea.
Et denecauit vltra veitæ Spiritum.
Docta, erodita, penè Muſarum manu.
Quæ modo nobilium ludos decoraui choro.
Et Græca in ſcena prima populo apparui.
En in hoc tumulo, cinerem noſtri corporis.
Infiſtæ parcæ, depoſieruntCarmine.
Studium patronæ, cura, Amor, laudes, decus
Silent, ambuſto corpore & leto, tacent,
Reliqui fletum nata genitori meo.
Et anteceſſi genita poſt leti diem.
Bis hic ſeptem mecum natales dies
Tenebris tenentur. Æterna domus
Rogo vt diſcedens, terram mihi dicas leuem.

D. M.

Ti cladi. ſecundi hic ſecum habet omnia.
Balnea, vina, venus, corrumpũt corpora noſtra:
Set vitam faciunt.
B. V. V
Karo. contuberna Fec. Meropecæs et ſibi & ſuis,
P. E. V. An. Lij.

Mah 224 30

ANTIQVÆ.

D. M.

Iuliæ ſecundæ filiæ. Corueliæ Tyches vxoris

Et forma ſingulari & Moribus piiſſimis doctrinaque ſuper legiptiman ſexus ſuiætatem, preſtantiſcimæ. Quæ vixit Annis.ix.Mens.ix. D.xx. Incomparabilis erga maritum adfectus Sanctitatisq; & eximiæ erga liberos pietatis. Quæ vixit Annis.xxxviiij.Mens. iiij. D. vii. ex. hiis mecum. A. x.

Iam datus eſt finis vitæ, iam pauſa malorum
Vobis, quos habet hoc gnatã Matremq; ſepulcrũ
Littore Phocaico pelagi vis exanimata
Illic vndæ Tagus, & nobile flumen hiberus
Vorſum ortus, vorſũ occaſus fluit alter & alter.
Stagna ſub Oceani Tagus et Tyrrhenica Hibe-
Sic etenim duxere olim primordia parcæ. (rus
Et vénere ſuper vobis vitalia fila.
Cum primum lucina daret lucem animamque
Vt vitæ diuerſa dies foret vnaque lêti
Nobis porro alia eſt trino de numine fati,
Dicta dies leti, quam propagare ſuopte
Viſum ollis tacito arbitrio cum lege perenni
Siſti quæ cunctos lubet ad vadimonia mortis.

Atinietus

ROMÆ

Fabiæ Pirallidi
optimæ,& Sanctiſſimæ
Patronæ
De ſe bene merenti
Artemiſius Libertus.

Cuntorum hæc ſoboli Sedé poſt morte reliquit
Ante tamen nato Coniuge & ante ſuo.
Non dum ſecura, dum flet meſtiſſima mente
Occidit & triſtes decepit meſta fouendo
Set nos ſoliciti memoresque parentis amore
Matrem cum nato Coniuge cunque ſuo.
Securos colimus, memores de nomine noſtro
Et faciet ſoboles multos memorata per annos
Sacra deis patribusque ſuis, memoresq; priorum
Et memores noſtri, noſtrorũq; alta propago
Æterna ſeruent ſemper, memorabile nomen
Quiſquis eſt, aut olim de noſtra ſtirpe futurus
Sis memor antiqui Nominis et tituli
In quorum titulo, hic datur eſſe locus
Et domus, eternos tu tueare focos.

Ingratæ veneri ſpondebam munera ſupplex
Coniux erepta virginitate tibi
Perſephone votis inuidit Pallida noſtris
Et præmaturo funere te rapuit

Supremi

Mb 224 30

Supremi versus munus donatus & aram
Et gratam scalpsit docta pedana Chelim
Me nunc torquet amor, tibi tristis cura recessit
Litheoq; laces condita Sarcophago.
Libertu & coniux Petronia cara patrono
Thalusa, hoc tumulo condita luce caret
Quæ bis vicenos complerat lucibus annos
Erepta est subito coniugis e gremio
Hanc hic assidue deflet petronius, vt iam
Deficiant oculos lumina cara suos.

Desine per terras infernas tendere ad arces
Fata animam dederant, fata eademq; negant.

O vtinam viuo potuissem premia morum
Reddere, nunc lachrimas accipe pro meritis
Nam semper fateor tacita te mente probaui
Detexit sensus vltima flamma meos
Tu columen rerum, semper tu cura mearum
Nunc es et luctus tu quoq; causa mei.
Ossibus infundam, quæ nunquam vina bibisti.

Nomine quo genitor, mihi dicitur hoc ego vixi
Telephus est genitor, Telephus ipse fui

Auguſtina parens quarto me flebilis anno
Terdecimoq; die perdidit orba ſatum
Non igitur lector lacrumes decepit vtroſq;
Maximi mendatij, fama Mathematici.
Teluphe dulcilule.

Diſpar damna lege parkarum carmina diſpar
Hæc ridenda mihi eſt, hic lacrimandus erit.
Hæc namq; emeritos bis quadraginta per annos
Vixit, at hic terno conſule natus erat
Cur modo tam preceps puerum tã ſæua tuliſti
Funeris amborum, dic rea perſephone.
Vix lucem vidiſſe ſatis, qui viuere poſſet
viuere quæ nollet, vix potuiſſe mori.

Hunc ego nunc titulũ ſtatuo tibi chariſſima cõ-
Luctuoſumq; mihi, qui ſcio quid fueris. (iux
Extremum officium quoniã tibi reddere cogor
Et merito hæc fieri, teſtis et ipſe loquor
Nũc vos conteſtor manes, quibus oſſa relinquo
Tellus huic tumulo ne grauis eſſe velis.

Tulia Præcilla vix. An. xix.

Amaranthus Cæſaris ædituus ob concordiam coniugi benemeritæ poſuit.

Hunc

MLh 224 30

Hunc tibi perpetuo titulum gratiſſima coniux
Corporis extincti dedicat ipſa fides
Vixiſti mecum iuuenis caroſq; per annos
Quos uita exegi dulciter ipſe mea
Opta ſi qua fides remanet telluris amicæ
Sit tibi perpetuo terra leuis tumulo.

Perpetuas ſine fine domos mors incolit atra.
Vita ſ ibit cælum, corpus tellure tenetur
Sic rerum natura iubet, hic temporum ordo
Suſcipe nunc coniunx, ſi quis poſt funera ſeſus
Multorum inuidiam tandem caruiſſe meméto
Heic Probina iacet gracilis cito rapta marito
Inuida ſors rerum fatis quies Mercis acerra
Heu miſeranda nimis auſpitijs iuncta ſiniſtris
Quid probina proſunt fæcunda viſcera tibi
Nil te damna nocent, communis funera leti.
Hæc fuit in Luceſta. An. xvij M.x.D.x.
Æternoſq; leues poſſidet vmbra lares
Omnia ſic repetunt iura locoſq; ſuos
Quæ modo ſunt, pereunt, quæq; futura cadũt
Debita ſacratis manibus officia
Ne quicquam caueas templa quietis habes
Diebus paucis vix accommodata tuis
Næc te coniugij nouus electit amor

Quo fato traderis hoc ſeuiente peris
Concepis adfectum luctus te ipſa parit
Cum tuus in noſtro pectore viuit amor

In quibus cum marito vix. D. C.
Ægrotabat dies.xl.
Vere quieſcit in pace

Craxiæ Alexandriæ inſignis exempli ac pudicitiæ quæ etiam filios ſuos proprijs vberibus educauit pudens Augu. Lib, Maritus merenti. vix. An. xxiij, M. xi. D. xvi.

Quamuis nate tuos mors inuida ruperit annos
Abſtuleruntq; tuos dumq; ſepulchra decus
Non tamen hijs ſecum potuit deducere laudes
Quas viuens ſemper fama ſuperſtes habet
Maior enim longa veniens de ſtirpe ſenetor
Auxiſti mentis nobilitate genus
Iudicis imperium ſeruans bonitate Magiſtra
Cum tibi ſubiectis tu quoq; miles eras
Vrbanos faſces gaudens tibi Roma parabas
Conſilio fratris nunc moderata tui
Fidus amicitiæ cuſtos, ambitor honeſti
Iuſtitiæ cultor, pacis amator eras.

Gratus

Gratus, dulcis, ouans, humilis, pius, & mihi quã-
Priuauit miserum mors inimica bonis (tis
Te leuita pater, soboles coniuxq; fidelis
Te mixtis lachrimis longe et amata domus
Nil tibi defendens famulum mihi nate parasti
Vt tibi seruitij crescceret alter amor.

Semicapri quicunq; subis sacraria Fauni
Hæc lege Romana verba notata mànu
Hersibus hic iaceo, mecum marchalla quiesit
Hæc soror, hæc genitrix. hæc mihi sponsa fuit
Ficta putas, frontem trahis, ac Enigmata spinges
Credis. Sunt Pytheo vera magis tripode
Me pater e nata genuit, mihi iungitur illa
Sic soror & coniux, sic fuit illa parens.

Immortales Mortales si foret fas flere
Flerent diuæ camenæ Neuium poetam
Itaq; postquam est orchio traditus thesauro
Obliti sunt Romæ lingua latina loquier.

Lesbiæ ossa hic sita sunt.

Hospes sta et lacrima, si quicquã humanitus in-
Ossua dum cernis consita mæsta mihi (test

Quouis

Quoius laudati mores & forma probata est.
Anchialo, quem cura anxia debilitat
Lesbia sum qui dulcis mores sola reliqui
Et quod vitam viuens parui in officijs.
Sei nomen quæris, sum Lesbia, si duo amantes
Anchialus dulcis cum suaue homine Spurio
Sed quid ego hoc cerno mea sunt hic ossua in
Consita, viue hospes dū licet atq; vale. (olla

D. M. S.

Bene valeas quisquis es
Martiæ meæ coniugi benemeritæ
Quæ multis cum sudoribus matura etate
vixit virtuose.

Florus ego hic iaceo Bigarius infans
Qui cito dū cupio currus, cito decidi ad vmbras

Securitati sacrum.
Valerius Iulianus Italico filio infelicis.
Et honoratæ Mammulæ huius fecit.

D. M.

Iulia L.F. Prisca. vix An. xxij
Onutus Clodius Hilarus. vixit An. xxxv.
Nil vnquā peccauit, nisi quod mortua est.

D.

ANTIQVÆ.

D. M.

Cecilij Maximi menſoris edificiorum
In.F.P.xviii.In agr,Pe,xvi.

D. M.

Apuſuleria Ceria vixi an.xxii.
Quot quiſq; veſtrum optarent mihi
Illi ſemper eueniat viuo et mortuo.

Quintus Cetronius.
Q..F.pub.
Vixi quod volui,ſemper honeſte,pauper, bene
Fraudari nullum quod iuuat oſſa mea,

In.F.P.xi.S.In Agr.P.xiii.S.

M.Æmilius artema fecit.
Marco Licinio ſucceſſo. Fratri benemerenti et C.Cæciliæ modeſtæ coniugi ſuæ. Et ſibi & ſuis, libertis libertatibuſq; poſteriſq; eorum.Excepto Hermete lib.quem veto propter delicta ſua aditum, ambitum, ne vllum acceſſum habeat in hoc monumento.

D.

ROMÆ

D M

Claudia Helice. F. F. C. L. Aul. L. Dionisio condito Russatæ coniugi dignis.

Huic monumento, iter, aditus, ambitus debetur ex sententia Arotis Aug. L. Iudicis, via, campana publica. Dextrorsum inter Maceriem Caleminianum & insulam Euterpianum per latitudinem pedes duos semis vsq; ad hoc monimentum. Et huic per circuitum totiusq; monumenti iter, aditus debetur, hinc secundum monumentum Eutiches & inde secundum Maceriem Euterpianum in qua holaria sunt & inde recté ad viam publicam campanam.

D. M.

L. Clodius Hermippus, qui vixit
An. Cxv D.v.
Puellarum anhelitu, quod etiam de
morte non parum mirantur phisici.
Iam posteri sic vitam ducite.

Cottia

Cottia.A.Cotti.F.Galla. Teſtamento fieri iuſſit.
ACottio patri procos.Hiſpaniæ.Et Pacullæ matri,et ACottio fratri queſtori Ædili plebi et Méniæ Gallæ auiæ.
Huic monimento tutelæ nomine cedunt Agrippini iugera decem et taberna quæ proxime eum locum eſt.
Vale coniux,Valete nati valeat Tibur patria vltimaq; Lelij morientis decreta hæc ſunt. Vt Tiburtina domus,ſuburbani fundi et prædia Noment.Mænia tangent. Tita Marcelina coniux, fida Publius et Quin.Fili.dulciſs. coheredes ſint.

Et apparabant aſcam et imponebant in purpureo nido, vt perferantur ſi qua ſint ad inferos.
Date terr.fructum,vt terra reddere poſsit,
Ab alio ſperes,altero quod feceris.

Adoleſcens tametſi properas.
Hoc te ſaxum rogat vt ſe aſpicias.
Hic ſunt poetæ Pacuuij.
Marci ſita oſſa.
Hoc volebam neſcius ne eſſes.
Vale.

Ossa Neronis Cæsaris Germanici. F. Diui August. Pro N. Flamin. Augustalis Questoris,

Ossa Agrippinæ M. Agrippæ. Diui Aug Neptis vxoris Germanici. Cæsaris Matris C. Cæsaris Aug. Germanici principis,

Ossa. C. Cæsaris. Aug. F. principis iuuentutis.

Ossa Ti. Cæsaris. Diui. Aug. F, Augusti pontificis maximi,
Trib. Pot. xxxviii.
Imp. viii. Cos. v.

Aulus Palateina Egnatius prisci Ianus
Arte super gemina nobilis essophia
Dum vixi didici quæ mors quæ vita homini es-
Æterna vnde animæ gaudia percipio. (set

Romæ Modernæ.

Roma mihi tribuit tumulum, Florentia vitã
Nemo alio velit nasci, et obire loco.

Patria Roma fuit, gens Portia, nomen Iulus
Mars puerum instituit, mars iuuenem rapuit.

Si uis post mortem firmas acquirere sedes
Ante oculos semper, fulmina mortis habe.

Bonis & vita et mors dulcis.

Nunc tumulo et lachrimis, mox mixtis ossibus (ossa
Vosq; per æthereos persequar vmbra domos.

Hic iacet vxores geminas victorius inter
Tertiaq; in viduo est mœsta relicta thoro
Sic quos vnanimes, mors intempesta diremit
Nunc eosdem iungit, proh dolor in tumulo.

Inuida fata puer, mihi te rapuere, sed ipse
Do tumulũ & lachrimas, quæ dare debueras.
Blandidulus, nitidus, dulcissimus, vnicus infans.
Matris delitiæ, delitiæq; patris.

Hic legitur raptis teneris Gregorius annis
Vt roſa quæ ſubitis imbribus icta cadit
Patris eram quondam ſpes atq; ſolamen Iulus,
Iam deſiderium mortuus et lachrimæ.

Mors mihi vita fuit.
Viuere vis ſemper, cælumq; aſcendere lector
Hic bona dum fueris Vita ſit atq; fides.
Quod morti rapui vitæ dedi.

Viuite mortales, curæ, quot viuitis annis
Non ſit ſed vobis quam bene vita fluat.

Exiguum vitæ curriculum, mortalibus natura largita eſt gloriam vero ſempiternam, optanda eſt igitur mors, quã immortalitas conſequitur.

Sebaſt. Danilel gemellus. gemel. fratri.
Vna dies animo ſimiles vultuq; gemellos
vna tuo fecit funere diſſimiles.
Æmula ſed noſtræ fuerunt cum fata iuuentæ
Vna meos cineres condet et vrna tuos.

Neapolis.

FErnando Senior, qui condidit aurea secla
Italiæ, felix viuit per ora virûm.

Hospes Iohannam reginam suspice natam
Et cole quæ meruit, post sua fata coli.

Fernandum mors sæua, diu fugis arma gerentẽ
Mox positis, quemnam gloriam fraude necas?

Inclitus alphonsus, qui regibus ortus Iberis
Hic regnum Ausoniæ, primus adeptus adest.

Dormis an vigilas antoni? sector vtrumq;.
Ossa quidem primũ, sed virtus fama secundũ.

Sãguine quo cretus? genitor quis? quidue moraris
Stirpis Aragonie, Fernandus, iudicis horam.

Hic Isabela iacet centum nata sanguine regum.
Quacum maiestas Itala Prisca iacet
Sol qui illustrabat radiis regalibus orbem
Occidit, inq; alio nunc agit orbe diem.

Aspice Melatias Alphonsus venit in oras
Rex Pius vt pacem, redderet ausonijs
Natorũ hoc pietas struxit mihi sola sepulcrum.

Diuus

Diuus Ladiſlaus.

Improba mors noſtris eheu et par et obuia re-
(bus
Dum rex magnanimus totũ ſpe concipit orbẽ.
En moritur, ſaxo tegitur rex inclitus iſto,
Libera ſyderium mens ipſa petiuit Olimpum.

Diuus Ladiſlaus.

Qui populos bello tumidos, qui clade Tyrános
Percutit intrepidus victor terraq; mariq;.
Lux Italùm, regum ſplendor clariſſimus hic eſt
Ex laude laus, decus altum et gloria regum
Cui tanto, eheu lachrimæ, ſoror illuſtriſſ. fratri
Defuncto, tumulum dedit regina Iohanna.
vtraq; ſculpta ſedes, maieſtas vltima regum
Francorum ſoboles Caroli ſub origine primi

Nil mihi in titulis ſummo de culmine derat
Regina morbis inualida et ſenio
Fœcunda populos proceresq; in pace tuebar.
Pro dominæ imperio, nullius arma fugi.
Sed me idem liuor qui te fortiſſime Cæſar.
Sopitum extinxit nocte iuuante dolos.

Non

Non me ſed totũ laceras manus impia regnum
Parthenopeq; ſuum perdidit alma decus.

Syrianni carazolo. Auellinî comiti, venutij duci ac regum magno Seneſcallo et moderatori. Traianus filius Melphiæ dux, parenti et de ſe et de patria optimæ merenti, erigendum curauit.

D.M. Matri dei, et D.
I. Euangeliſtæ. I. Iouianus
Pontanus dedicauit.

Fruſtra leges prætereunt, quem non abſoluerit conſcientia.

Nec temeritas ſẽper felix, nec ſapientia ſẽper tuta

Sero penitet, quamuis cito penitet, qui in re dubia, nimis cito decernit.

In vtraq; fortuna, fortunæ ipſius memor eſto.

Hominem eſſe ſe haud meminit, qui nunquam iniuriarum obliuiſcitur.

Integritate fides colitur, fide vero iuſtitia.

In magnis opibus vt admodum difficile.
Sic maxime pulchrum ſeipſum continere.

In omni vitæ genere, primũ eſt ſeipſum noſcere

Tibi

Tibi deo: O. M. aram hanc dedicat I. Iouianus Pontanus, nec tecum paciscitur, vt sibi, liberis, posterisq; suis benefaxis (cũ ipse volens libensq; gratuito benefacias cunctis) sed quia tibi vni ab omnibus debeantur omnia.

Quinquennio postquam vxor abiisti, dedicata prius ædicula, monimentum hoc tibi statui, tecum quotidianus vt loquerer, nec si mihi non respondes, non respondebit desideriũ tui, per quod ipsa mecum semper es, aut obmutescet memoria, per quam ipse tecum nunc loquor. Vale igitur mea Ariadna, vbi enim ossa mea, tuis miscuero, vterq; simul bene valebimus, viuens tecum, vixi annos. xxix. Dies xxix. victurus post moriturus æternam æternitatem.

Illa tori benefida comes custosq; pudici
Cui & acus placuit, cui placuere coli
Quæq; focum, castosq; lares seruauit & arcem
Et thura & lachrimas, et pia serta dedit
In prolem studiosa parens, et amabilis vni
Quæq; studuit claro, casta placere viro
Hic posita est Ariadna, rosæ violæq; nitescant
Qua posita est, Sirio spiret odore locus.

Vrna crocum dominæ fundat, distillat Amomũ
Ad tumulum, et cineri spica Cilissa fluat.

Io. Iouianus Pontanus, Ariadnæ vxori optimæ et benemerenti posuit, quæ vixit An. xlvi. Mens. vi, obiit Calendas Martias. M. CCCC. lxxx.

Has aras pater ipse deo templumq; parabam
In quo nate meos contegeres cineres
Heu fati vis leua, et lex variabilis æui
Nam pater ipse tuos nate struo tumulos
Inferias puero senior, natoq; sepulchrum
pono parens, heu quid sidera dura parant?
Sed quodcunq; parant breuis sit. nã optima vitæ
Pars exacta mihi est, cœtera funus erit.
Hoc tibi pro tabulis statuo pater ipse dolorum
Heres, tu tumulos pro patrimonio habe.

L. Fraciſco filio Pontanus Pater anno Christi M.CCCC.xCviii.
Vixit an. xxix. Men. v. D. iii.

Lucili tibi lux nomen dedit, et dedit ipsa
Mater stella tibi stellaq; luxq; simul

Eripuit nox atra nigrę eripuere tenebrę
Vixisti vix quot littera prima notat
Hos ne dies, breue, ne lux tibi fulsit et aura
Maternum in nimbis sic tenuere virum
Infœlix fatum puer, heu male fœlix, heu quod
Nec puer es, nec lux, nec nisi inane quid es
Floreat ad pueri tumulum ver, fundat et vrna
Lucili et cineri spiret inustus odor.

D. L. non implesti filiole, breue naturæ specimen, æternus parenti mæror ac desiderium.

Has luci tibi et inferias et munera soluo
Annua vota piis hei mihi cum lachrimis
Hæc luci tibi et ad tumulũ, positumq; pharetrũ
Dona pater multis diluo cum lachrimis
Hæc dona inferiasq; heu heu nunc nate capellã
Incanamq; comam accipe et has lachrimas
Hijs lachrimis, his te miserijs, hæc munera cõdo
Nate vale æternum et valeant tumuli
Quin et hient tumuli, et tellus hiat, et tibi meme
Reddat, et vna duos, vrna tegat cineres.

Pontanus pater Lucio Francisco filio infelici.

Musæ

Muſæ, filia, luxerunt te in obitu, at lapide in hoc luget te pater tuus, quem liquiſti in ſqualore, crutiatu, gemitu, heu heu filia, quod nec moriens affui, qui mortis cordolium tibi adimerem nec ſorores, quæ ingemiſcenti collacrimarentur miſellæ, nec frater ſingultiens, qui ſitienti aquã miniſtraret. non mater ipſa, quæ collo implicita, ore animulam exciperet infœliciſſima: hoc tamen fœlix, quod non multos poſt annos te reuiſit, tecumq; incubat aſt ego fęlicior qui breui cum vtraq; edormiſcam in hoc conditorio. Vale filia, matriq; frigeſcenti cineres interim calface, vt etiam refocilles meos.

Ioh. Iouianus Pontanus. Martiæ filiæ Dulciſſ. quæ vix. an. xiij. M. vij. D. xii.

Linquiſti patrẽ in tenebris mea Lucia poſtquã
E luce in tenebras rapta es, quin ipſa tenebras
Liquiſti et medio lucida ſole micas
Cœlo te natam aſpicio, num nata parentem
Aſpicis? an fingit, hæc ſibi vana parens
Solamen mortis miſeræ te nata ſepulchrũ hoc
Tegit, haud cineri cenſus ineſſe poteſt.

Si qua tamen de te supereſt pars nata fatere
Felicem quod te prima iuuenta rapit.
At nos in tenebris vitam luctumq; trahemus
Hoc pretium patri quod filiam genui.

D. O.

Pompeius Creſcenti Rimo, Dammo nepotibus et Euphrati patri eorum, filio homini ſimpliciſſimo Pomprilenus pater fecit, qui me haud merentem procurauit.

Ab hoc Pontanorum conditorio, ne masue fœminaue ex agnatione arceatur.

Quid agam requiris; tabeſco. ſcire qui ſum cupis, fui. vitæ quæ condimenta rogas; labor, dolor, ægritudo, luctus, ſeruire ſuperbis dominis, ferre iugum ſuperſtitionis, quos caros habeam, ſepelire, patriæ videre excidium, nam vxorias moleſtias nunquam ſenſi.

Petro compatri, viro officiociſſ. Pontanus poſuit Conſtantem ob amicitiam

Conditorium Pontanorum,

Viuens domum hanc mihi paraui, in qua quieſcerem

cerem mortuus; noli obsecro iniuriam facere mortuo, viuens quam feci nemini. Sum etenim Ioh. Iouianus Pontanus, quem amauerunt bonæ Musæ, suspexerunt viri probi, honestauerunt reges domini. Sis iam qui sim, aut potiùs qui fuerim. Ego uerò te, hospes, noscere in tenebris nequeo, sed teipsum vt noscas, rogo.

Vale.

Hospes mirare sepulti fidem.

Hic dum arcis Parthonopeæ à diuo Alphonso Aragoneo præfectus, classica et terestri obsidione premeretur, ne fidē pollueret, et hausto iam penario, imminentia capitis pericula sponte negligens, fœdum mularum et canū esum non respuit. Quin duobus fratribus captiuis ab hoste appositis, ne tormentorum ictus increbescerent, socio sanguini fortitudinem preferens, à proposito non est abductus. Deinceps mortuo rege, frangendæ fidei Inclito Fernando vberrima multorum præmia ludibrio habuit.

O semper inimica et inuida proficienti
ad summam gloriam virtuti, mors.

Hugo pepulo Bononiens Comes.

Pierides

Pierides tumulo violas venus alma Hiacynthos
Balſamas dãt Charites, cynnama ſpergit amor
Phœbus adoratas lauras, Mars ipſe Aramanthas
Nos lachrimas, raræ munus amicitiæ.

Alexandri, Nolariæ comitis. Iuuenis, proh dolor et bellicis et literarijs dotibus ornatiſſ, oſſa hic pro tempore conquieſcunt.

vix. an. p. M. xxxiii.

Hic tantum mortem doluit, quod in acie non cecidiſſet.

Qui legis hæc, ſummiſſius legas, ne dormientẽ excites. Rege Fernando, orta Maria Aragonia, hic clauſa eſt, Nupſit Antonio Piccolominio Amalphiæ duci ſtrenuo. Cui reliquit tres filias pignus amoris mutui, puellam quieſcere credibile eſt, quæ mori digna non fuit.

Vix. an. xx. M.

Parthonope retinet, genuit quem Gallia ciuem
I nunc et vitæ dirige fila tuæ.

Iohannes Laſcius.

Fui, non ſum, eſtis non eritis, nemo immortalis
Vt moriens viueret, vixit vt moriturus.

Virtutum

Virtutum Ausoniæ flos, lumen, gloria, fulmen,
Hoc Ferrandus det, colitur tumuloq; refulget.
Liuida quem Lachesis telo demersit acerbo
Is modo sed cælos, armataq; sidera colit.
Comes Piscariæ.

Da sacro cineri flores, hic ille Maroni
Sincerus, musa, proximus vt tumulo.
Actius Sincerus.

Qui sic moritur non extinguitur.
Vix. An. Lxxij.

Vt Tipula. Vt papilio.
Sic vita hominis.

Nil nisi diuinum solidum, mundata laborant.

Quæ nulla tibi fluctuet tumultu
Æterna est animo paranda sedes.
Tollietta de vrsinis.

Quid non æui longinqua vetustas.
Fortuna obsequente mutant.
principatus ad alienos fors transtulit.
Domina titulos seruauit inanes
At fœmina princeps licet et claris
orbata et titulis et fortunis.
Bona tamen animi sanctiss. secum retinet.

Patauii

INclitus Antenor, patriam vox nisa quietem
Expulit Enganeos, patauinam condidit vrbē
Transtulit huc Henetum, Dardanidūq; phrygas
Quē tenet hic humili marmore cæsa domus.

T. Liuius. C. F. et suis. T. Liuio Titi F. prisco T. Liuio. T. F. longo. F. Cassiæ sexiæ Eriæ primæ vxori.

T. Liuius Liuiæ T. F. Quartæ. L. Halis concordialis Pataui sibi et suis omnibus.

Ossa tuumq; caput ciues tibi maxime Liui
Prompto animo hic omnes composuere tibi
Tu famam æternam Romæ patriæq; dedisti
Huic oriens, illi fortia facta canens
At tibi dat Patria hæc et si maiora liceret
Hoc toto stares aureus ipse loco.

Te iuuenem rapuere deę fatalia nentes
Stamina cum scirent moriturū tempore nullo
Longoli tibi si canos seniumq; dedissent.

Christo-

Christophoro Longolio Belgæ, vrbem Romanam in studijs literarum præstantiam adepto summo ingenio, incredibili industria, omnibus bonis artibus prædito supra iuuentæ annos, in qua extinctus est, cum magno Italiæ dolore, cui ingentem spem, sui nominis excitauerat, Petrus Bembus amico atq; hospiti posuit.

Calphurni cineres sunt hîc, possessor Olimpi
Eit animus, volitat fama per ora virûm.

Petri Bembi cardinalis imaginem Hieronimus Quirinus Esmerij F. in publico ponendum curauit. vt cuius ingenij monimenta æterna sint, eius corporis quoq; memoria ne à posteritate desideretur. Vixit An. Lxxvii. M. vij. obijt. xv. Februarij. M D. L. viij.

Venetiarum

Dux Iohannes Mogeneus Thomæ patrui et Petri fratris ducum Vestigia secutus, bellum Ferariense inuitis gessit, imperio penisulam adiecit, pacem colust, rem Venetam administrauit, Iustitia,

probitate prudentia. Dux optimus et amantiſſ. Reip. habitus eſt

L. E. P.

Bononiæ.

Quos pia iam pridem viduas concordia iunxit
Vltima non potuit diſſociare dies
Abdita namq; iacent communi membra ſepul.
Felices animas ſic amor vnus habet. chro

Dux Virtus, fortuna comes, mens conſcia recti
Montibus hijs petri ſancta ad veſtigia ſcandit

Florentiae

Qui cœlum cecinit medium imumq; tribunal
Luſtrauit animo cuncta poeta ſuo
Doctus adeſt Dantes, ſua quẽ Florentia ſemper
Conſilijs ſentit ac pietate parem
Nil potuit tanto mors ſæua nocere poetæ
Quem viuum, virtus, carmen, imago facit.

Iohannes

MLb 224.30

Iohannes hic iacet Mirandula, cœtera norunt
Et Tagus et Ganges, forsan et Antiopes *Antipodes.*

Certaldi

Sacræ perpetuæq; memoriæ Iohannis Bocatij
Tuscæ eloquentiæ patris, qui inter has
ædes natus et altus est,

Has olim exiguas coluit Boccatius ædes
nomine, qui terras occupat, astra, Polum.

Cos. Med. Flor. Dux. ij. Rodulphæq;
familiæ alum. Iohanni Boccatio. P.
imperante. Cos. Med. Reip. Flo.
D. ij.

Hac sub mole iacent cineres ac ossa Iohannis
mens ante deum sedet meritis ornata laborũ
Mortalis vitæ genitor Bocatius illi
Patria Certaldum, stndium fuit alma Poesis

Iohannis Bocatij poetæ lepidiss. Lactantius thedaldus quo tempore pro Florẽtino populo prætură hic gerebat, admiratus ingenij festiuitatem,

et inuentionis copiam, pro renouanda eius memoria, suo et collectio ære hoc illi monumentũ dicauit.

Senæ.

Ne lachrimis decores, culpes nec fata viator
Sed memora quantum contegat vrna virum.

Siluius hic iaceo, coniunx victoria mecum est
Filius hoc posuit, marmore papa pius.

Albæ Longæ.

D. O. M.
Antonio Sabello, Domi forisq; liberalitate prestanti cæterisq; virtutibus illustri Virginia vrsina coniunx cum. iiii. liberis, Marito amantiss. et Honorius Sabellus fratri optatissimo et vnanimi, posuerunt.

Silicet acceleras, modicum subsiste viator
Scire iuuat quicquid pensilis arca tenet

Hic

MLb 224.30

ALBÆ LONGÆ

Hic Hirſiliæ ſunt oſſa ſepulta Sabellæ
Maximus ingenuæ nobilitatis honos,
Quicquid nam ſanctas potuit decuiſſe puellas
Quicquid et illuſtres, hoc ſimul omne tulit
Humanis ceſſit ſuperior iam nubilis annis
Vndeſimum ſexto menſe nouemq; dies.
Læta polum redijt, quia hic dotata maritum
Haud alium potuit quam meruiſſe deum.

Antonius Sabellus et virgina vrſina parentes magna ſpe orbati, nunquam ſatis deploratæ.

L, Corne. I. fratri pupillus.
Præfectus Fabrorum.
Flamen quinque,
Patronus caſtrimonenſus ex teſtamento.

C. Iulius, Sp. F. pol. carus.
L. Cornelius L. F.
Fla. Albanus L. Cornel.
Athectus fecerunt et ſibi et ſuis.

Nolæ.

L.Statilio phileroti magiſtro Mercuriali, et Auguſtali Nolæ.Et Daridæ L. R. vxori et L.Statilio L F.ampliato L,Statilius,L,Philerotus.

Ædilis L. Petronio. L.F.Fla. L.vero vitrico decemvirorum Nolæ ex teſtamento Arbitratu fidei.

Cluſii

Steneriæ veneriæ,C,Sinthius audax vxori ſanctiſſimæ fecit.
fuit in matrimonio eius.an.v.Men.vi. diebus.iiij.vix.an.xxvi.

Hic ſunt duo ſorores Aphroditi. ij. Veneri.

D M

Murenæ L.F.Luſiæ.v.A.xxix.Matri et fratri.B.M. et Lutius.iiij.vir iterum.I. D. Cluſi.iiii. vir.iter.I. D.Cluſi.

MLb 224.30

Auerſæ

Hic iacet Alphonſus Bazadus Cæſaris armis
Clarus et Hiſpanico dogmate magnus eques
Interijt longa confectus febre, reliquit
Exuuias, Chriſto ſeq; animamq; dedit.

Nuſeræ

Nobilis Hilaria cuncta virtute beata
Marmoreo buſto quod reſpicis eſt rumulata
Hunc tumulum viuens fieri maritus adegit,
Hic pater vt ſeruet corpora feſſa fratris.

Nolæ

Hic data Franciſco requies ſuprema Barono
Qui moribus nomen clarius orbe tenet
Nam fidei cultor fuerat rectiq; columen
Moribus et cultos preſtitit ipſe viros.

Capuæ

Hoc tua Matheu clauduntur nũc ossa sepulchro
Te comitem flebit, terra Palena suum
Cui nomen Diuus Cæsar tribuitq; per enne
Campanum ducem, rura nemusq; sonant.

Si lugere libet, habes (lector) quod te inuitet.
Vale,

Parcendum maxime charitati hominum.

Mortui inuidia carent,

WALTER ASHBURNER FIRENZE

MLb 224.30